¶ De bellis ciuilibus & nimia hoīm malicia ¶ Consiue (Ergo philippi viderūt romanā facies iterū). i. scdo (concurrere inter se). i. preliari (paribus telis). i. pilis (Nec fuit iudignū superis). i. superi dignū putauerūt (emathiam). i. thessaliā (& latos cāpos emi) illius mōtis (pinguefcere bis sanguine nostro). i. romano. (Scz). i. certe (tempus veniet cū agricola molitus terrā). i. colens (incuruo aratro. illis finibus). i. ibi (inueniet pila). i. tela (exesa) id ē corrupta (scabra rubigine. Aut pullabit). i. feriet (grauibus rasīs. galeas inanes). i. cōcauas. & (ipē mirabitur grādīa ossa) scz hoīm (sepulchris effoſſis). i. euerſis O (indigetes dñ patrij). i. patrie. & (o romule. & o mater vesta que seruas tyberim tuscū) id ē fluuiū tuschie & seruas (romana palacia Ne phibete saltez hunc iuuenem) scz Augustū (succurrere saeculo euerſo). i. repare statū mūdi (Nos luimus). i. soluimus (satis iam pridem piuria troyae laumedontē). i. quā laumedon rexerat O (caesar) scz Auguſte (regia coeli inuidet te nobis) i. non p̄t pati q̄ te habemus principē. & (regia coeli queritur). i. indignat (te curare). i. regere. triūphos hominū (Quippe). i. certe (vbi) id ē apud quos hoies (fas ē versum atq; nefas est versum). i. fas dr nefas. & nefas dicūt (fas tot bella). f. sunt (p orbem. & tā multae sunt facies). i. modj. (scelerū. nō vllus dign⁹ honos ē aratro Arua squalēt) i. inculta sunt (colonis abductis) scz ad bella. & curū falces cōstant in rigidū ensem (Euphrates) popul⁹ oriētalīs (mouet bellū hinc) id ē ab hac pte (germania mouet bellū illinc). i. ab illa pte (Vicinā vrbes ferūt arma inter se legib⁹ ruptis. Impi⁹ mars). i. bellū faciēns hoies ipios (seuit). i. crudelitē agit in toto orbe (Vt). i. sicut

D II



## LIBER SECVNDVS

Philippi  
Philippēses  
Aemathia  
Aemus.  
Pilum  
Indigetes,  
Vesta  
Laumedon

Euphrates

(cū quadrige) .i. equi ad currū (effudere se carcerib⁹) .i. vi exierūt claustris suis (addūt se in spacia) .i. paulatim eorū cursus auget & (auriga frustra rēdēs) .i. retinēs (retinacula) .i. lora (feri equis) id ē arbitrio eq̄g (& curr⁹ nō audit habenas) .i. equi nō obediz unt aurigae. ¶ Philippī orū ē ciuitas thessalię ppe quā primo lul⁹ cesar & Pōpei⁹. postea August⁹ & brutus cū cassio dimica uerūt. hinc dicunt philippēses qbus scribit ap̄s Paul⁹ ¶ Aemathia ē regio grecię alio noie thessalia. ¶ Aemus ē mons thessalię vel thracię ¶ Pilū ē telū longū v̄l hasta. & pprie pila sunt romanorū ¶ Indigetes pprie vocant̄ dñi facti ex hoibus. q̄si in dñs agētes. v̄l indigētes dicunt̄ beati q̄si nulli⁹ egētes ¶ Vesta dīce bā a gētilibus dea virginitatis ¶ Laumedon fuit rex troiæ pater Priamī. de q̄ fabulant̄. q̄ Apollinē & Neptunū induxit vt sibi facerēt muros troyanos. qbus pfectis negauit eis pecunia; quā sub iureiurādo illis pmiserat. q̄re illi irati sp̄ infesti fuerūt troyanis. & romani sunt troyani. ¶ Euphrates ē magn⁹ fluui⁹ orientis p armeniā & babiloniā tendēs in rubrū mare.

P. Virgilij Maronis Georgicorū

Liber secundus incipit

**H**actenus aruorū cultus : & sydera coeli  
Nūc te bacche canā. nec nō siluestria tecū  
Virgulta. & plem tarde crescentis oliuæ.  
Huc pater o leneg. tuis. hic omnia plena  
Muneribus. tibi pampineo grauidus autumnō.  
Floret ager. spumat plenis vindemia labris.  
Huc pater o leneg veni. nudataq; musto  
Tinge nouo mecū direptis crura cothurnis  
¶ In hoc sc̄do libro poeta scribit de cultura arborū s; maxie de vitib⁹ In trib⁹ primis v̄sib⁹ pponit. in quinq; sequētib⁹ inuocat ¶ Cōstruātio (Cecini hacten⁹) .i. hucusq; (cult⁹ aruorū & sydera coeli O bacche nūc canā te. nec nō) .i. & (canā tecū siluestria virgulta) .i. arbores steriles qbus alligat̄ vitis. & (canā plem) .i. plantā (oliuæ crescēt̄ tarde. O pater leneg) .i. o bacche (huc) s; veni (Oia sunt hic plena tuis munerib⁹) .i. vitib⁹. q̄si dīceret scribā de vitib⁹ q̄z auctor tu dīceris (Ager grauid⁹ pampineo autūno) .i. vitib⁹ (floret tibi) .i. ad honorē tuū (Vindemia spumat) s; tibi (plenis labris) .i. vasis (O pater leneg veni huc. & tinge nudata crura nouo musto) .i. vino (cothurnis) .i. calceamēt̄ (direptis)

GEORGICORVM FOLIO XXIII

id ē exutis. ¶ Bacchus filius Iouis quē poete dicunt inuētorē fuisse  
 vini. ideo vocat lenē a greco noīe lenēus qd ē torcular aut lac  
 ¶ Vindemia qsi vini deprio. i. vuar collectio. hic ponit p no  
 uo vino. ¶ Labrū ē latū vas sicut illud in qd fluit mustū ex tor  
 culari. ¶ Mustū ē nouū vinū. Dicit etiā mustus a ū. i. nouo. ¶ Co  
 thurnus ē gen<sup>o</sup> calciamēti q̄ & venatores vteban<sup>t</sup> & tragedi. vt  
 in buco. Sola suphodeo tua carmina digna cothurno

Bacchus.  
 Leneus.  
 Vindemia  
 Labrū  
 Mustū  
 Cothurno

Principio arboribus uaria est natura, creandis  
 Namq; alie nullis hominū cogentibus ipse  
 Sponte sua veniunt, camposq; & flumina late  
 Curua tenet, vt molle siler lenteq; geniste  
 Populusq; & glauca canentia fronde salicta  
 Pars aute posito surgunt de femine, vt alte  
 Castaneq; hemoruq; ioui q̄ maxima fronder  
 Aesculus, atq; habite grans oracula quercus  
 Pullulat ab radice alijs denissima silua  
 Vt cerasis, ylmilq; etiā parnalia laurus  
 Parua sub ingenti matris se subicit umbra  
 Hos natura modos primū dedit, his genus omne  
 Siluarū fruticūq; viret, nemoruq; sacrorum

¶ Dicit arbores varijs modis nasci, & primo ponit tres modos  
 qbus arbores nascuntur natura scz spōte, semine, radice. ¶ Cōst.  
 (Principio). i. primo (natura ē varia creādis arborib<sup>9</sup>). i. ad pdu  
 cedas arbores (Nāq; alię). i. qdā arbores (veniūt). i. nascunt (īpe  
 sua sponte). i. p se (& tenēt). i. occupāt (late cāpos & curua flumi  
 na, vt molle siler &c. et salicta). i. salices (canentia). i. q̄ canescunt  
 (glauca frōde Pars at). i. qdā alię arbores (surgūt). i. crescūt de se  
 mine (posito). i. quis mō pieto (vt alte castaneq; & escul<sup>9</sup> q̄ frōs  
 det ioui maxima nemor<sup>9</sup>). i. arbor<sup>9</sup> (atq; querc<sup>9</sup> habite oracula  
 grans). i. grecis Nam greci sub quercubus p̄sulebāt deos (den  
 si silua pullulat). i. nascit (alijs). s. arborib<sup>9</sup> (ab radice, vt cer  
 rasis ylmilq; Etiā parua laur<sup>9</sup> parnasia). i. apollini sacra (subi  
 cit se). i. subnascit succrescit (sub ingēti umbra). i. magnis ramis  
 (matris). i. antiq̄ laur<sup>9</sup> (natura primū dedit hos modos) scz creā  
 dit arbor<sup>9</sup> (omne gen<sup>9</sup> siluarū fruticūq; & sacrorū nemorū viret  
 his) scz modis p̄dictis. ¶ Siler ē arbuscula hñs mollia vimina,  
 & ē spēs salictis. Alij dicūt eē arborē de q̄ fiūt fusi. Est at̄ neutri g<sup>9</sup>  
 vt hic apparet, Siler etiā ē qdā flui<sup>9</sup> in piceno Tūc ē masculinū



LIBER SECVNDVS

Genista

Salictū Escul<sup>o</sup>

Pallulo

Parnasus

Columella Vitreoq; siler q̄ defluit amni. ¶ Genista ē arbuscula vel herba de qua Plinius ait. Tingēdis vestib<sup>o</sup> nascunt geniste. ¶ Salictū est locus vbi salices multę sunt. ¶ Aesculus ē arbor glā difera p̄secrata olim ioui. ¶ Pallulare est renasci. a noie pullus. ¶ Parnasus ē mons phocidis sacerapollini. In sit parnasus a una id est p̄tinens ad parnasum vel ad apollinem

Sunt alij quos ipse via sibi repperit vsus

Hic plantas tenero abscindēs de corpe matru

Deposuit sulcis. hic stirpes obruit aruo

Quadrifidaq; ludes & acuto robore vallos

Siluaruq; alie pressos propaginis arcus

Expectant & viua sua plātaria terra

Nil radice egens alie. summūq; putator

Haud dubitat terrę referens mādare cacumen

Quin & caudicibus sectis. mirabile dictu.

Truditur e sicco radix oleagina ligno

Et sepe alterius ramos impune videmus

Vertere in alterius. mutataq; insita mala

Ferre piru. & prunis lapidosa rubescere corna

¶ Hic ponit alios modos creandar; arbor; q̄s inuenit experientia ¶ Construe (Alij) scz modi (sunt quos ipse vsus repperit sibi via). i. rōne vel arte (hic) scz vsus (abscindēs plātas). i. virgas (de tenero corpe matru). i. arbor; (deposuit eas sulcis). i. in fossis. & (hic) scz vsus (obruit aruo). i. infodit terrę (stirpes). i. trūcos cum radicib; (& ludes). i. stipites (quadrifidas). i. tātas vt possint in quattuor ptes diuidi (& vallos). i. palos (acuto robore). i. robu stos Est autē hic color rhetoricus p̄duplicatio. quia bis idē dicit nam & va lli & ludes idem sunt (& alie siluarū). i. arbor; (expectant pressos arcus p̄paginis) i. q̄ rami vtriusq; finibus infiguntur terrę ad modū arcus vt fit in vitib;. & alie siluar; expectant (viua plātaria). i. plantas habētes radices (sua terra). i. in q̄ sunt nata (alie) scz arbores (nil). i. nō (egent radice. & putator). i. cultor arborū (haud dubitat mādare terrę summū cacumē) scz plā te (referens). i. flectens (Quin &). i. imo etiā (radix oleagina) id ē olea (radix). i. nascit. p̄duci (e sicco ligno). i. arido stipite (caudicibus). i. ramis (sectis). i. amputatis. & hoc ē (mirabile dictu) id ē vt dicat (Et videm; sepe ramos alteri) scz arboris (vertere ipu

ne).i. sine nocumento (in ramos alteri?) & videmus (pirū) eā arborē (mutatā ferre mala insita) & videmus (lapidosa corna) illos fructus (rubescere prunis) in illis arboribus

¶ Stirps ē pprie radix vel trūcū cū radicib⁹ Accipit etiā p pge  
 nie. tunc est fœi gñis. Virgili⁹. heu stirpem inuisam. ¶ Quadri-  
 fidus a ū a verbo findo quod ē seco. quasi findendus aut fissus  
 in quattuor ptes. Ita dicit bifid⁹. i. bis fissus aut duplex. Trifid⁹  
 id est triplex aut in tria fissus. ¶ Plantaria sunt plātē & pprie cū  
 radicib⁹. ¶ Caudex vel codex sc̄at truncū vel stipitē. ¶ Oleagi-  
 nus est nomen possessiuū ab oleā. ¶ Cornus est arbor cuius ra-  
 mi sunt rigidi vt cornua. ¶ Cornum est fructus eius. primū cā-  
 didus. deinde sanguineus.

Stirps  
 Quadrifid⁹  
 Bifid⁹ Trifid⁹  
 Plantaria  
 Caudex  
 Oleaginus  
 Cornus  
 Cornum

Quare agite o pprios generatim discite cultus  
 Agricole: fructusq; feros mollite colendo.  
 Neu segnes iaceant terræ. iuuat ismara baccho  
 Confere: atq; olea magnū vestire taburnū.  
 Tuq; ades inceptūq; vna decurre laborem  
 O decus o famę merito ps maxima nostre  
 Mecenas. pelagocq; volans da vela patenti  
 Nō ego cuncta meis amplecti versibus opto  
 Nō mihi si linguæ centum sint. oraq; centum  
 Ferrea vox. ades & primi lege littoris oram  
 In manibus terræ. nō hic te carmine ficto  
 Atq; p ambages & longa exorsa tenebo

¶ Hortat agricolas vt variag; arborū naturas discant. deinde  
 Mecenate inuocat. ¶ Cōstrue (Quare o agricolę agite) id est eia  
 (discite pprios cultus) sc̄z arborū (generatim) .i. p singula genes  
 ra (& mollite) .i. emēdate (colēdo) .i. p culturā (fructus feros) id ē  
 agresles (Neu) .i. vel ne (terre iaceāt segnes) .i. steriles sine fructu  
 (iuuat) .i. delectat (pserere) .i. plātare (ismara) illū montem (bac-  
 cho) .i. vitib⁹ (atq; iuuat vestire) .i. implere (taburnū) illū mons  
 tem (olea) .i. oliuis (& o mecenas dec⁹) sc̄z nostre (& merito mas  
 xima ps nostre famę) .i. qui mihi dec⁹ & famā dedisti (tu ades)  
 id est allis (& decurre vna) .i. si p (in laborē ceptū) .i. ad opus in-  
 ceptū (& tu da vela) .i. auxiliū (volans) sc̄z mecū (patēti pelago)  
 id ē in ampla materia (ego nō opto cōplecti) id est cōprehēdere:  
 meis versib⁹ cūctā) .i. oia q̄ dici possent (Nō) s̄e possem cōple-  
 ctī cuncta. etiam (si centum linguę sint mihi & centum ora) sint.

Agite,  
Ferus

Ismarus  
Olea. Oliua  
Oleum.  
Taburnus  
Ambages.

mihī. & ferrea vox) esset mihī (ades et lege) id ē nauīga vel transī  
(orā p̄mi littoris). i. materiā nō pfundā (terre sunt i manib⁹). i.  
agricultura ē faci⁹ & in promptu (nō tenebo te hic ficto carnis  
ne). i. nō scribā res fictas (atq; nō tenebo te p ambages) i. circuis  
tiones (& p longa exorsa). i. exordia ¶ Agite ē aduerbiū hor  
tandi qđ iungit verbo plurali sicut age verbo singulari. ¶ Fer⁹  
a ū. wilt. i. indomit⁹ Horati⁹. Nemo adeo fer⁹ ē vt nō mitesces  
re possit. Ita dr. ferus fruct⁹. wilt; oest. Ponit substātiue & i mal  
culino gñe & in foēo. ¶ Ismar⁹ ē mons in thracia partim ferax  
partim sterilis ¶ Olea ē arbor. oliua fructus ei⁹. oleū & oliuū is  
quor ei⁹. ¶ Taburn⁹ ē mons cāpaniē vel samnitū. ¶ Ambages  
sunt circuit⁹. a vbo ābigo. In singulari repit sol⁹ ablatius

Spontesua que se tollunt in luminis auras  
Infœcunda quidem. sed leta & fortia surgunt  
Quippe solo natura subest. tñ hec quoq; si quis  
Inserit aut scrobibus mandet mutata subactis  
Exuerit siluestrem animū. cultuq; frequenti  
In quascūq; voces artes haud tarda sequentur  
Nec non & sterilis q̄ stirpibus exit ab imis  
Hoc faciet. vacuos si sit digesta p agros.  
Nunc alte frondes & rami matris opacant  
Crescentiq; adimunt foetus. vruntq; ferentem  
Nam q̄ seminibus iactis se sustulit arbor  
Tarda uenit: seris factura nepotibus vmbra  
Pomaq; degenerant succos oblita priores.  
Et turpes auibus predam fert vua racemos  
Scilicet omnibus est labor impendendus. & oēs  
Cogendē in sulcum ac multa mercede domādē  
Sed truncis oleę. melius ppagine vites  
Respondent: solido paphię de robore mirtus  
Plantis e dure coryli nascuntur. & ingens  
Fraxinus. herculeq; arbos vmbrosa coronæ  
Chaonięq; patris glandes: etiā ardua palma  
Nascitur. & casus abies visura marinos  
¶ Redit ad arbores spōte nascētes & alias feras docens quō sint

GEORGICORVM FO. XXV

colēde vt mitescāt ¶ Cōstr. (Que). f. arbuta (tollūt se in auras ter  
 minis). i. crescūt (sua spōte) i. p se (surgūt). i. crescūt (qdē infocēda  
 da). i. sterilia (s; leta). i. pulcra (& fortia. Quippe). i. certe (natura)  
 id ē vis nascēdi (subest solo). i. latēter inest terre (tū siquis inerat  
 hec). f. infocēda arbuta (aut si qs mādet). f. ea (mutata). i. in aliū  
 locū trāslata (subactis scrobib<sup>9</sup>). i. patis fossis (Exuerūt siluestrē  
 animū). i. fiet mitia & foecūda. & (sequenī haud tarda). i. cito (in  
 quascūq; artes voces). i. ad quācūq; naturā coegeris ea. & hoc  
 frequēti cultu). i. p frequentē culturā (Nec nō & steril<sup>9</sup>). f. arbor.  
 (q̄ exit). i. nascit<sup>9</sup> (ab imis stirpib<sup>9</sup>). i. a radicib<sup>9</sup> alteri<sup>9</sup> arboris (fa  
 ciet hoc). i. etiā mitescet & fiet foecūda (si sit digesta). i. disposita.  
 (p vacuos agros). i. vbi solē picipiat (Alte frondes & ramī mris)  
 id ē arboris ex q̄ & sub q̄ stat (opacāt). i. obscurāt & ipediūt eā.  
 (nūc). i. sub matre. & (frōdes & ramī matris. adimūt). i. auferūt  
 ei (crescēti foet<sup>9</sup>). i. fruct<sup>9</sup>. & (vrunt). i. ledūt (ferentē). i. q̄ ferre pos  
 terat nisi noceret vmbra (Nā arbor q̄ sustulit se). i. nata ē de (se  
 minib<sup>9</sup> iactis. venit tarda). f. ad ferendū (factura vmbra feris nes  
 ponib<sup>9</sup>). i. posteris & nō nobis p futura (Et poma). f. taliū arbor  
 rū (degenerāt). i. peiora fiūt q̄ illa de qb<sup>9</sup> lata s; (oblita pres suc  
 cos). i. lapores (& vua). i. vit<sup>9</sup> ita lata (fert turpes racemos p̄dā auf  
 b<sup>9</sup>). i. q̄s p̄dant aues (Sc;). i. certe (labor ē ipendēd<sup>9</sup> oib<sup>9</sup>). f. arbor  
 rib<sup>9</sup> feris. & (oēs sunt cogēde in fulcū). i. cōponēde in ordinē vel  
 trāsserēde. & (sunt domandē). i. emendandē (multa mercede)  
 id ē labore (S; oleę melius respōdent). i. nascunt<sup>9</sup> aut satisfaciūt  
 votis (trūcis). i. si trūcus infodiāt terre vt añ dictū ē (vites respō  
 dent melius ppagine). i. si ramus aut ppago infodiatur terrā.  
 (myrtus paphiæ). i. veneri sacre (nascunt<sup>9</sup> de solido robore) id ē  
 ligno (Coryli edure). i. nō dure (nascūtur plātis). i. de ramis. &  
 (ingēs fraxinus) sc; nascit<sup>9</sup> plātis. & (vmbrosa). i. ramosa (arbor  
 herculeę coronę). i. q̄ hercules coronari solebat. Intelligit auteę  
 populū (Et glandes chaonij patris). i. quercus ioui sacra. & (ar  
 dua palma nascit<sup>9</sup> s<sup>c</sup> plātis (& abies visura marinos casus). i. de  
 qua fiūt malī nauitū. ¶ Scrobs ē fossa q̄cūq; in qua qd ipō Scrobs.  
 nitur. gñis masculini s; qñq; legat<sup>9</sup> in foēio. Lucan<sup>9</sup> Exigua pos  
 fuit scrobe. ¶ Opacus a um. i. obscur<sup>9</sup> & frigidus In opacare. i. Opac<sup>9</sup> Opaco  
 facere opacū. ¶ Racemus ē idē qd botr<sup>9</sup>. teuto. eyn druee. Vix Racem<sup>9</sup>. Vua  
 ē pars botri. s; hic accipit<sup>9</sup> p vite p metonymiā. ¶ Propagc. ē ra Racem<sup>9</sup>. Vua  
 mus arboris. etiā scat. pgeniē. sed tūc primā corripit. ¶ Paphus Propago  
 ē ciuitas in insula cypro q̄ sacra fuit veneri. vñ paphi<sup>9</sup> a um. Paphus  
 ¶ Fraxinus ē arbor alta & teres de qua fiunt haste. ¶ Palma est Fraxinus.  
 arbor eximia cuius multa sunt genera. sed optima nascit<sup>9</sup> in syz Palma  
 ria. cuius fructus vulgo vocant dactyli.

Inferitur uero ex foetu nucis arbutus horrida  
 Et steriles platani malos gessere ualentes  
 Castaneę fagos. ornusq; incanuit albo  
 Flore piri: glādemq; sues fregere sub ulmis  
 Nec modus inferere aut oculos iponere simplex  
 Nam qua se medio trudūt de cortice gēme  
 Et tenues rūpunt tunicas. angustus in ipso  
 Fit nodo sinus. huc aliena ex arbore germen  
 Includūt. udoq; docent inolescere libro  
 Aut rursum enodes trunci resecātur: & altæ  
 Finditur in solidū cuneis uia. deinde feraces  
 Plantæ immittūtur. nec longū tps. & ingens  
 Exijt ad cœlum ramis foelicibus arbor  
 Miraturq; nouas frondes & non sua poma

¶ Hic docet de insitōe arborū ¶ Cōstructio (Arbut<sup>o</sup> horrida). i. hirsuta (inferit ex foetu). i. furculo (nucis Et steriles platani gessere ualentes malos). i. ramos malorū (fagos). i. fagus (incanuit albo flore castaneę. ornus incanuit). i. cana facta ē (flore piri Sues fregere). i. comederūt (glāde sub ulmis). i. ulmi p̄ insitionē fuerūt glādes (Nec inferere aut imponere oculos). i. gēmas (ē simplex modus). i. vn<sup>o</sup> modus (Nā qua). i. ubi (gēme trudunt se de medio cortice & rūpunt tenues tunicas). i. corticē (angustus sinus). i. pua fissura (sit in ipso nodo Includūt huc). i. in illū sinum (germen ex aliena arbore docentq; inolescere udo libro). i. cortici (Aut trunci enodes). i. plani sine nodis (resecant. & uia). i. rima (findit cuneis alte). i. p̄funde (in solidū). i. lignū (feraces plantę immittunt deinde Nec longū tps. ē. & ingens arbor exijt ad cœlū). i. creuit in altū (ramis foelicibus). i. feracib<sup>o</sup>. & (ip̄a arbor mirat nouas frondes & poma nō sua). i. q̄ añ nō habuit

Inferere.

Platanus

Fagos

¶ Inferere ē ramū vel germē vnus arboris alteri indere. teuto. enden. ¶ Et nota q̄ iste vsus Inferit uero & ē. dicitur dactylic<sup>o</sup> quia sextus pes ē dactylic<sup>o</sup>. ¶ Platanus est arbor patulis ramis & latis folijs cuius frōdes umbrā faciūt. ¶ Fagos ē hic ntūs gręc<sup>o</sup> quo utitur poeta p̄pter quātitatē ut sit ułtima longa. Non em̄ potest accus esse. quia castaneę nō ferūt fagos. sed poti<sup>o</sup> fagis inferuntur castaneę. Vnde si fagos erit accusatiuus oportet esse hyp̄pallagen. Sed melius est primum. ¶ Ornus est arbor sterilis montes amās, de q̄ postea dicit Nascūt.

GEORGICORVM FO. XXVI

tur steriles saxosis montibus orni. ¶ Oculus vocat primū germ  
 men arboris cū incipit frondere, eyn knop Idem gēma dicitur  
 gēmalcere dicitur arboris. i. gēmas emittere knoppen  
 Præterea genus haud unū nec fortibus vlmis  
 Nec salici lothoq; nec oleis cyparissis  
 Nec pingues vnā in faciem nascuntur oliuæ  
 Orchades & radij & amara paulia bacca  
 Pomaz & alcynoi liluæ. nec surculus idem  
 Crustumis syriscq; piris. grauibulq; volemis  
 Non eadē arboribus pendet vindemia nostris.  
 Quā methymneo carpit de palmite les bos  
 Sunt thalie vites. sunt & mareotides albe  
 Pinguibus he terris habiles. leuoribus ille  
 Et passo pnythia vtilior. tenuilq; lageos  
 Tentatura pedes olim uincturacq; linguam  
 Purpuree precieq; & quo te carmine dicam  
 Rhēna. nec cellis ideo contende falernis  
 Sunt & aminee vites firmissima uina  
 Timolus & assurgit qbus & rex ipse phaneus.  
 Argitiscq; minor cui non certauerit ulla  
 Aut tantu aut fluere aut totidem durare p annos  
 Non ego te mensis & dijs accepta secundis  
 Transierim rhodia & tumidis humaste racemis  
 Sed neq; q; multæ species nec nomina que sunt.  
 Est numerus. neq; em numero cōprehendere refert  
 Quæ qui scire uelit. libyci uelit equoris idem  
 Discere q; multæ zephyro turbentur harene  
 Aut ubi nauigns uiolentior incidit eurus  
 Nosse quot ionij ueniant ad littora fluctus  
 ¶ Hic docet in singulis arbor spēbus aliquā varietatē eē. ¶ Cō  
 strue (Præterea). i. insup (haud vnū gen<sup>o</sup> ē nec fortib<sup>o</sup> vlmis. nec  
 salici nec lotho nec cyparissis idēis). i. q; nascunt in ida monte  
 crete insule (Nec pingues oliuæ nascunt in vnā faciē). i. formaz  
 Orchades & radij & paulia amara bacca). i. cui<sup>o</sup> bacce sunt ama





## LIBER SECVNDVS

re (Pomaq) s<sup>c</sup> nō vnā in faciē nascunt. & (siluē alcynoi). i. arbor /  
 res quales habuit alcynous rex (nec idē surcul<sup>9</sup> ē crustum<sup>9</sup> pī /  
 ris & sirijs pīris. & grauib<sup>9</sup> volemis). i. illis magnis pomis (Nō /  
 eadem vindemia). i. vinū (pendet arboribus nostris). i. yralicis. /  
 (quā) scz vindemiā (lesbos). i. popul<sup>9</sup> illius insule (carpit palmi /  
 te methymneo) sic dicto a ciuitate (Sūt vites thasie). i. ab insula /  
 thaso (& sunt albe mareotides) sic dicte (He). f. mareotides (sunt /  
 habiles pinguib<sup>9</sup> terris. ille). f. thasie (sunt habiles). i. apte (leuio /  
 ribus terris). i. nō pinguib<sup>9</sup> (Et psythia) scz vitis (ē vtilior pas /  
 so). i. ad faciendū passum (tenuisq; lageos) illa vitis (cui vinū ē /  
 tenue). i. cito penetrās in venas (tentatura olim pedes & vinctu /  
 ra linguā). i. citius inebrians. Nā ebrius neq; stare neq; loq; recte /  
 nouit Sunt etiā (vites purpuree) sic dicte a colore (& p̄cie) sic di /  
 cte q̄ si p̄coque q; cito maturescūt (Et q; carmine dicā te o rheti /  
 ca) scz vitis (nec ideo p̄tendē phalernis cellis). i. cū vino cāpano /  
 q̄ si di. h. oc p̄stantius ē (Aminee vites sunt q; q; firmissima vina) /  
 id ē dū durātia (quib<sup>9</sup>) scz amineis. & (molus). i. vinū crescens /  
 in illo monte (assurgit). i. cedit vel honorē dat. & (ipe rex pha /  
 neus assurgit). i. vinū chiū in monte phaneo q; mons a rege di /  
 ctus ē. (Et minor argitis) illa vitis ē (cui). i. cū qua (nō certauerit /  
 vlla) scz vitis (aut fluere tantū xantā vini copiā dare (aut durare /  
 p̄ annos totidē (O rhodia) scz vitis (accepta dñs). i. cuius vinūz /  
 dñs libat. & accepta (secūdis mēsis). i. ad bellaria (ego nō trāsies /  
 rim te). i. tacuerim de te (& o bumaste) tu vitis (tumidis). i. ma /  
 gnis (racemis) sed nō ē numerus. q; multę sint spēs) scz vitium /  
 (nec q; sint noīa) scz oīm (neq; refert). i. p̄dest (comphēdere nume /  
 ro). i. numerare aut spēs aut noīa vitium (Quē) scz numez (q; velit /  
 scire idē velit discere q; multę harene libyci equoris) id ē maris /  
 (turbent a zephyro) illo vento (Aut) idē velit (nosse quot fruct<sup>9</sup> /  
 ionij) illius maris (veniūt ad littora vbi). i. qn̄ (violētior eurus) /  
 ille v̄tus (incidit nauigij). i. p̄tra naues. ¶ Lothos ē arbor in /  
 affrica hñs fruct<sup>9</sup> paruos s; dulcissimos. Eciā ē herba q̄dam in /  
 egypto. ¶ Orchades radij & pausie sunt tres spēs oliuar. ¶ Al /  
 cynous fuit rex pheacū bonus cultor hortoz. vt Homer<sup>9</sup> docet /  
 ¶ Volema sunt magna pyra dicta q; volā. i. manū implent. /  
 ¶ Lesbos ē insula in egeo mari in qua ciuitas methymna /  
 ¶ Passum dr gen<sup>9</sup> vini qd̄ fit ex vuis p̄codib<sup>9</sup> in sole siccatis & /  
 passis. ¶ Phalernus ē mons cāpanie in q; crescit optimū vinum /  
 qd̄ phalernū vocat. ¶ Secūda mēsa sc̄at poma. nuces & qualcū /  
 q; lauticias q; edunt postremo & vocant bellaria.

Lothos  
 Orchades.  
 Radij Pausie.  
 Alcynous  
 Volema.  
 Lesbos.  
 Passum  
 Phalernū  
 Secūda mēsa

Nec vero terre ferre omnes omnia possunt

GEORGICORVM FO. XXVII

Fluminibus salices: crassisque paludibus alni  
 Nascuntur. <sup>arborum</sup> steriles saxosis montibus orni  
 Littora <sup>meus part. multum in b</sup> myrtetis lætissima: denique <sup>arborum</sup> apertos  
 Bacchus amat colles, aquilonem & frigora taxi  
 Aspice: & extremis domitum cultoribus orbem <sup>meo dicitur</sup>  
 Eoasque domus arabum: pictosque gelonos <sup>domino / p. 1000</sup>  
 Diuise arboribus patrie: sola india nigrum  
 Fert hebenum. solis est thurea uirga sabsis.  
 Quid tibi odorato referam sudantia ligno  
 Balsamisque & baccas semper frudentis achati:  
 Quid nemora ethiopum molli canentia lana  
 Vellerisque ut folijs depectant tenuia seres <sup>all. hominum</sup>  
 Aut quos oceano propior gerit india lucos  
 Extremi sinus orbis: & alte uincere somnum.  
 Arboris: haud ulle iactu potuere sagitte  
 Et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris.  
 Media fert tristes succos tardumque saporem  
 Felicis mali: quo non prestantius ullum  
 Pocula si quando seque infecere nouerca  
 Miscuerintque herbas & non innoxia uerba  
 Auxilium uenit ac membris agit atra venena  
 Ipsa ingens arbor faciemque simillima lauro  
 Et si non alium late iactaret odorem  
 Laurus erat, forsitan haud ullis labentia uentis  
 Flos apprima tenax, animas & olentia medi  
 Ora fouent illo: & senibus medicantur anhelis  
 ¶ Dicit arbores nullas ubique bene crescere ¶ Constructio (Nec omnes  
 terrae prout ferre omnia). i. genera arborum (Salices nascuntur fluminibus  
 bus). i. iuxta flumina (alni nascuntur in crassis paludibus, steriles  
 orni). i. ille arbores (nascuntur in saxosis montibus) Littora sunt lætissima  
 myrtetis). i. myrti nascuntur melius in littoribus maris.  
 (Denique bacchus). i. uitis (amat colles aptos). i. sole gaudentes.  
 (taxi amat aquilonem & frigora. Aspice &). i. etiam (orbem do-  
 mitum). i. subiectum romano impio (cum cultoribus). i. agrico-

i. (sex extremis) i. habitatibus in extremitate terre (Et aspice eas)  
 id ē orientales domos arabū (pictosq; gelonos) illos homines (Pa  
 trie) i. loca natalia (sunt diuise arboribus. sola india fert nigrus  
 hebenū) illā arborē (thurea virga) i. arbor thuris (ē solis faberis)  
 illis hominibus (Quid referā tibi balsama sudāria) i. manātia.  
 (odorato ligno) i. ex arbore redolēti (Et quid referā baccas) id ē  
 fructus (achanti) illius arboris (semp frondētis Quid) scz referā.  
 (nemora) i. arbores (ethiopiū, canentia) i. q̄ cana sunt (mollī la  
 na) i. serico (Et vt) i. qualiter (seres) illi hoies (depestant folijs) i.  
 de arboribus (tenuia vellera) i. serica (Aut qd referam. lucos) i.  
 siluas (quos india gerit) i. habet (q̄ ē ppior oceano. & sinus) id ē  
 locus (extremi orbis Vbi) i. in q̄bus locis (haud vllē sagittē po  
 tuere vincere) i. supare (iactu summū) i. summitatē (altē arbor  
 ris) Et illa gens ē nō tarda sumptis pharetris) i. perita ē sagittā  
 di (Mēdia) illa regio (fert) i. pducit (succos tristes) i. amarus. &  
 tardū saporē scelicis mali) i. pomi salubris (quo) scz malo (non  
 vilū auxiliū) i. remediū (venit p̄sentius) i. citius aut efficacius.  
 (acagit) i. fugat (atra venena de mēbris. liquādo) i. si aliq̄n (scz  
 uē nouerē infecere pocula. & si nouerē miscuerint herbas) scz  
 venenosas (& verba nō innoxia) i. valde noxia. & ē līptote (spā  
 arbor ē ingens) i. grādīs (simillima lauro faciē) i. fm apparen  
 tiam (Et ipa erat laurus si non iactaret late aliū odorē) scz q̄ lau  
 rus (folia eius nō sunt labētia vllis ventis Flos eius ē tenax ap  
 prima) i. maxime (Mēdi) illi hoies (fouēt) i. curant (illo) scz flos  
 re (aias) i. anhelit<sup>9</sup> malos (& ora olentia) i. fetida. & (medi me  
 dicant illo senib<sup>9</sup> anhelis) i. suspiriosis pneumonicis.

Myrtetum

¶ Myrtetum est locus vbi myrtus arbor abundat. sicut coryles  
 tum vbi coryli sunt &c.

Taxus

¶ Taxus ē arbor dura folijs acutis. teu. huls. dicit<sup>r</sup> esse venenosa

Geloni.

¶ Geloni sunt popul<sup>9</sup> scythie pictis vestibibus vtens

Hebenus

¶ Heben<sup>9</sup> vel hebenū ē arbor idica colore nigro q̄ nō p̄t exuri.

Balsamum.

¶ Balsamū ē arbuscula nō dissilis viti. ex q̄ fluit p̄ciosissim<sup>9</sup> li<sup>9</sup>

opobalsamū

quorq; vocat<sup>r</sup> opobalsamū. lignū ei<sup>9</sup> vocat<sup>r</sup> xylobalsamū Nasci<sup>r</sup>

xylobalsamū

tur nūc in egypto tantū in vno horro. olim aut in iudea.

Achantus.

¶ Achātus est arbor spinosa semp frondens

Seres.

¶ Seres sunt hoies in finib<sup>9</sup> orientis. apud quos in arboribus

Mēdia. medi

nasci<sup>r</sup> lana de qua fit pānus qui dicit<sup>r</sup> sericus

Medicus

¶ Mēdia ē regio maioris asię iuxta p̄sidem. Mēdi vocantur illi.

Apprimus.

hoies Inde adiectū medi<sup>9</sup> a um prima pducta

Apprime.

¶ Apprim<sup>9</sup> ē ppositū a primus Inde aduerbiū, apprime. i. maz  
 xime Therentius. Illud arbitror apprime vtile in vita ne qd nō  
 mis hic ponit nomē p aduerbio, teste Seruio,

GEORGICORVM FO. XXVIII;

Sed neq; medorū siluæ ditissima terra  
 Nec pulcer ganges atq; auro turbidus hermus  
 Laudibus italiæ certent. nō bactra neq; indi  
 Totaq; thuriferis panchaia pinguis harenis.  
 Hęc loca nō tauri spirātes naribus ignem  
 Inuertere. satis immanis dētibus hydri  
 Nec galeis densisq; uirū seges horruit hastis  
 Sed grauidę fruges & bacchi massicus humor  
 Impleuere. tenēt oleęq; armētāq; leta  
 Hinc bellator equus campo sese arduus infert  
 Hinc albi clitūne greges & maxima taurus  
 Victima. sepe tuo pfusi flumine sacro  
 Rhomanos ad tēpla deū duxere triūphos  
 Hic ver assiduū atq; alienis mēlibus estas  
 Bis grauidę pecudes. bis pomis vtilis arbor  
 At rabidę tigres absunt. & seua leonu  
 Semina: nec miseros fallunt aconita legentes  
 Nec rapit immēfos orbes p humū. neq; tanto  
 Squameus in spiram tractu se colligit anguis

¶ Hic poeta laudat italiā oībus terris eā pferens. ¶ Cōstrue (S; neq; siluę medorū q̄ sunt ditissima terra. nec pulcer ganges) ille fluuius (atq; hermus) ille fluutus (turbidus auro). i. q̄ h; arenas aureas (certent laudib; italię). i. nō certent de laude cū italiā (Bactra nō certent laudibus italię. neq; indi) illi homines (Totaq; panchaia) id est illa regio arabicę (pinguis) id ē fertilis (thuriferis harenis). i. in qbus thus nascitur (Tauri spirātes ignē de narib; nō euerterūt hęc loca) i. italiā (dētibus immanis hydri). i. draco nis (satis) seminatis (hec seges uirū). i. viroꝝ (horruit hic galeis & densis hastis) Sensus est. hanc terrā nō arauerunt tauri ignē ex pirātes nec hic seminati sunt dentes draconis. ex qbus nati sunt armati viri &c. (Sed grauidę fruges & massicus humor bacchi) id ē vinū optimū (impleuere). s. hęc loca & leta armenta tenent hęc loca Equus bellator) id est bellicus (infert sese campo) id est vadit in prelium (hinc) id est ex italia (O clitūne albi greges) id est oues (& taurus qui ē maxima victima. pfusi tuo sacro flumine duxerūt sepe rhomanos triūphos ad tēpla deū). i. deoꝝ

## LIBER SECUNDVS

(Assiduum ver). i. cōtinua tēperies aeris est hic (atq; estas) ē hic  
 (alienis mensibus) scz in autumno (Pecudes sunt hic bis grauis  
 de & arbor est bis utilis pomis) id ē bis in anno fert poma (Ac)  
 id est s3 (rabide tigris absunt ab italia. & seua semina) .i. genera  
 (leonum) scz absunt (Nec aconita fallunt miseros legentes) id ē  
 colligentes herbas. Quasi dicat. licet hic sint aconita. neminem  
 tamē fallunt quia noscunt (Et squameus anguis). i. squamosus.  
 (nō rapit p humum immensos orbes) .i. motus (Nec anguis  
 colligit se in spiram) .i. circulum (tāto tractu) .i. motu. Sensus ē  
 quous hic sint serpentes. tamen nō tales nec tanti. quales & quā  
 ti sūt alibi. ¶ Ganges est magnus fluuius indie

Ganges.

Hermus

Bactra

Panchaia

Fabula de Ias  
 sone.

Hydrus

Hydra

Massicus

Clitumnus.

Aconitum

Spira

¶ Hermus est fluuius lydie trahens harenas aureas  
 ¶ Bactra p̄ter ē regio oriētal' sup̄ p̄sas. & ciuitas in ea regione.  
 ¶ Panchaia est ps arabie scz sabea in qua sola thus nascit  
 ¶ Hec loca nō tauri. hic t̄git fabulā istā Iason ex thessalia p̄fes  
 ctus in colchos ad tollendū vellus aureū. auxilio medeę draco  
 nem custodē velleris occidit. & eius dētes seminauit in terra ara  
 ta tauris ignē expirātibus. De qbus dentibus nati sunt mox ho  
 mines armati qui primo in Iasonē frustra fecerūt impetū. dein  
 de mutuis se vulneribus occiderunt  
 ¶ Hydrus ē serpēs aquaticus & h3 sc̄mineum hydra. Hydrus  
 hydruntis est vrbs ¶ Massicus mons est campanie Inde dicitur  
 massicum vinū. ¶ Clitūnus est fluuius vmbrie de quo bibētes  
 oues credunt albos foetus p̄ducere. ¶ Aconitum ē herba vene  
 nosa Ouidius Lurida terribiles miscet aconita nouerca.

¶ Spira ē uolutio. circulus. sicut fit de restibus in nauī

Adde tot egregias urbes operūq; laborem  
 Tot congesta manu prruptis oppida saxis  
 Fluminac; antiquos lubter labentia muros  
 An mare quod sup̄ memorē quodq; alluit infra  
 An ne lacus tantos. te lari maxime. teq;  
 Fluctibus & fremitu assurgens benace marino  
 An memorē portus lucrinoc; addita claustra  
 Atq; indignatu magnis stridoribus equor  
 lulia qua ponto longe sonat unda. refuso  
 Tyrrhenulq; fretis immittitur æstus auernis.  
 Hec eadem argenti riuos crisq; metalla  
 Ostendit uenis; atq; auro plurima fluxit

GEORGICORVM FOLIO XXIX

Hec genus acre uirum, marfos pubemq; sabellā

Affuetiq; malo ligurem, uolcosq; uerutos

Extulit, hec decios, maros, magnosq; camillos

Scipiadas duos bello, te maxime cesar

Qui nunc extremis alie iam uictor in oris

Imbellem auertis romanis arcibus indum

Salue magna parens frugum saturnia tellus

Magna uirum, tibi res antique laudis & artis

Ingredior, sanctos ausus redudere fontes

Alcreuq; cano romana p oppida carmen.

¶ Adhuc poeta laudat italiam ab urbibus, aquis & fortibus uis-  
 ris ¶ Cōstrue (Adde) scz p̄dictis laudibus (tot egregias vrbes, la-  
 boremq; operę) .i. opa laboriose facta (Et adde tot oppida con-  
 gesta manu) .i. facta (preruptis saxis) .i. montibus (Et adde flu-  
 mina labentia subter antiquos muros, An memorem) .i. dicā,  
 (mare qđ alluit) scz italiā (supra) .i. a superiori pte, scz a septen-  
 trione quod dicitur mare superū (& quod mare alluit infra) .i. Mare inferū  
 ab inferiori pte, scz a meridie, quod dicit mare infes; vel tyrre Mare superę  
 num (An ne memorē tantos lacus) scz (te o maxime lari, & te o  
 benace, assurgens) .i. tumescēs (fluctibus) & marino fremitu) .i. tāz  
 qđ mare (An memorē) .i. dicam (portus) scz italię (& claustra ad-  
 dita lucrino) illi lacui (atq; memorē equor indignatū) .i. iratus  
 (magnis stridoribus) .i. murmure (Qua scz parte (vnda iusta) .i.  
 a iulio cesare coercita (sonat longe, ponto refuso) id est remoto  
 a pristino cursu (Tyrrenusq; estus) .i. feruor maris tyrreni (im-  
 mittitur auernis fretis) .i. in lacū auernū (Hec eadem) scz italia,  
 (ostendit riuos argenti, & metalla eris in uenis) .i. in interioribus  
 suis (atq; plurima) .i. in plurimis locis (fluxit auro) .i. habuit ve-  
 nas auri (Hec italia (extulit) id est produxit (acre genus uirum)  
 id ē uirorum, scz (marfos pubemq; sabellā) .i. illū populū (& extu-  
 lit ligurē) illum populū (assuetū malo) .i. labori, & extulit (uols-  
 scos) illum populū (uerutos) .i. uerū pugnātes (Hec) italia, extu-  
 lit (decios, maros, magnosq; camillos) illos uiros romanos, &  
 (scipiadas) .i. scipiones (duos) .i. fortes (in bello) Et hec italia ex-  
 tulit (te o maxime cesar) scz auguste (qui iā nūc uictor in extre-  
 mis oris) .i. finibus (asie, auertis imbellem indum) .i. gētem ins-  
 dorum (a romanis arcibus) .i. ab imperio romano, O (magna  
 parēs frugum, saturnia tellus) id est a saturno habitata (salue, o  
 magna uirum) id est uirorum fortium (Ingredior tibi) id est ac-

LIBER SECUNDVS

utilitatē tuā scribo (res antiq̄ laudis) .i. ab antiq̄uis laudatas. & (ingredior res antiq̄ artis) .i. de q̄bus antiq̄ scripserūt, vt Hesiodus & Democritus aliq̄; (ausus recludere) id est aperire (sanctos fontes) .i. poeticos (Et cano carmen ascreū) .i. q̄le scripsit Hesiodus (p̄ oppida romana) .i. stilo romano. ¶ Lari⁹ ē magn⁹ lac⁹ in italia p̄pe ciuitatē comū. ¶ Benacus etiā lacus ē in lōgobardia ¶ Itē Lucrinus & Auern⁹ sunt duo lac⁹ in cāpania. copiosi piscib⁹. q̄s cū aliq̄n mare in lac⁹ irrūpens expelleret. Iuli⁹ cæsar oppositis molibus exclusit mare. ¶ Marſi volſci & ſabelli ſunt italiq̄ populi. ¶ Pubes accipitur a Virgilio ſepe proſiuuentute. ad est multitudine iuuenū. ¶ Nota ſingulare ſepe ponit pulcre p̄ plurali. vt hic ligurem & indum p̄ ligures & indos. ¶ Aſera fuit vicus in boetia iuxta montē heliconē. hęc fuit patria Heſiodi poetę. vñ vocat̄ aſcreus vates. .i. de aſera.

Lari⁹ Benac⁹  
Lucrinus  
Auernus  
Marſi ſabelli.  
Pubes  
ſingulare p̄ pl̄i  
Aſera  
Aſcreus

Nunc locus aruorum ingenijs. q̄ robora cuiq̄;  
Quis color. & q̄ ſit rebus natura ferendis  
Difficiles primū terræ colleſq̄ maligni  
Tenuis vbi argilla & dumoliſ calculus aruis  
Palladia gaudent ſilua viuacis oliuæ  
Indicio eſt tractu ſurgens olealter eodem  
Plurimus. & ſtrati baccis ſilueſtribus agri  
Atqui pinguis humus dulciq̄ yligine leta  
Quicq̄ frequens herbis & fertilis vberē campus  
Qualem ſepe caua montis conualle ſolemus  
Deſpicere. huc ſummis liquuntur rupibus amnes  
Felicemq̄ trahunt limū. quicq̄ editus aultro  
Et ſilicem curuis inuiſam paſcit aratris  
Hic tibi preualidas olim mulſaq̄ fluentes  
Sufficiet baccho vires. hic fertilis vuæ  
Hic laticis. qualem pateris libamus & auro  
Inflauit cum pinguis ebur tyrrhenus ad aras  
Lancibus & pandis fumantia reddimus exta  
Sin armenta magis ſtudio vituloſq̄ tueri  
Aut foetus ouium. aut vrentes culta capellas  
Saltus & ſaturi petito longinqua tarenti

GEORGICORVM FO. XXX

Et qualem infœlix amisit mantua campum  
 Pascentem niueos herboso in flumine cygnos  
 Nō liquidi gregib⁹ fontes, nō gramina defunt  
 Et quantum longis carpent armenta diebus  
 Exigua tantū gelidus ros nocte reponet

Hoc loco Virgili⁹ docet cui rei q̄q̄ terra sit aptior. ¶ Cōstrue  
 (Loc⁹). i. t̄ps̄ ē (nūc ingenijs). i. de naturis (arbor⁹). i. agror⁹. (q̄ ro  
 bora). i. vires (sint cuiq̄). i. terre (Quis color). i. que spēs (sit terrē  
 aut q̄ sit natura) sc̄z terrar⁹. (reb⁹ ferēdis). i. ad res pducēdas (Vbi  
 id ē in qua terra (ē tenuis argilla). i. sine humore (& vbi ē calcu  
 lus). i. multitudo minorū lapidū (aruis dumosis). i. spinosis (Il  
 la terra gaudet palladia silua viuacis oliuæ). i. q̄ diu viuūt & fu  
 it sacrata palladi (Plurim⁹ oleaster surgēs). i. crescens (codē tras  
 ctu). i. loco (ē indicio). i. indicat talē terrā (& agri strati siluestrib⁹  
 bacchis) sc̄z sunt indicio (Atqui). i. s̄z (pinguis hum⁹ & lēta dul  
 ci vligine). i. humore naturali (Et cāpus q̄ est frequēs herbis. &  
 fertilis vberē). i. vbertate (Qualē campū solem⁹ sepe desp̄icere)  
 id ē deorsum videre (in caua pualle mōtis. Amnes). i. fluuij (lis  
 quunt). i. fluūt (huc). i. ad hūc campū (de summis rupib⁹). i. mō  
 tib⁹ (& amnes trahūt). i. afferūt (limū foelicē). i. vtilē (Et q̄). i. cā  
 pus (ē editus). i. expositus (austro) illi v̄to (& pascit filicē) eā her  
 bam (inuisam curuis aratris). i. quā pati nō p̄nt aratra. quia eā  
 tollunt (hic). i. talis cāpus (sufficiet). i. dabit tibi (pualidas vites  
 & fluentes multo baccho). i. vino (olim). i. quouis tpe (Hic cā  
 pus est fertilis vūe). i. vuar⁹ (& hic est fertilis laticis). i. vini (qua  
 lem) sc̄z laticem (libam⁹). i. offerimus (dijs. pateris & auro). i. au  
 reis pateris. est em̄ hic endiadis figura (Cum). i. q̄n (pinguis tyro  
 rhenus). i. sacerdos de tuscia (inflauit ebur). i. tibiam eburneam  
 (ad aras. Et reddim⁹) sc̄z sacerdoti (sumātia exta in lancib⁹ pan  
 dis). i. curuis (Sīn). i. sed si (studiū). i. diligētia (est tibi magis tue  
 ri). i. pascere (armenta). i. boues & equos (aut foetus ouium) id ē  
 agnos (aut capellas vrentes). i. ledentes (cultā). i. agros (Petito)  
 id est accedito (saltus) i. nemora (& longinqua). i. remota loca.  
 (saturi tarēt) illius vrbis foecūde (Et petito talē campū qualem  
 infœlix mantua amisit. fontes liquidi). i. puri (non defunt gregi  
 bus. & gramina nō defunt gregib⁹. Et quantum) sc̄z gramina (ar  
 menta carpent longis diebus. gelidus ros reponet) id ē restituet  
 (tantum exigua nocte) id est quod gramen in die greges edūt.  
 recrefcit nocte. ¶ Argilla est terra tenax de qua formantur va  
 sa sicilia. Inde argillosus. Argilla



LIBER SECVNDVS

Calculus  
Vlgo. Vber.  
Filix.

Sufficere  
Latex.  
Tarentū.  
Mantua

¶ Calculus ē lapill⁹ in harena, Itē in vesica. ¶ Vlgo ē naturalis humor terre vel quōq; humor In vliginosus. ¶ Vber qñq; ē mā ma, qñq; idē qd vbertas vt hoc loco. qñq; ē adiectm idē qd fertilis ¶ Filix ē herba lōgis radicib⁹, noxia frugib⁹ Hora, Neglectis vrēda filix innascit agris. ¶ Sufficere capit transitue p substituere vel ministrare vt hic & post sepius ¶ Latex nūc vinū nūc aquā fcat. Tarentū ē nobilis vrbs calabrię in finibus italię. ¶ Mantua est ciuitas gallię italię, patria Virgilij

Nigra fere & presso pinguis sub vomere terra  
Et cui putre solu, nāq; hoc imitamur arando,  
Optima trumentis, nō ullo ex equore cernes  
Plura domu tardis decedere plaustra iuuentis  
Aut vnde iratus siluam deuexit arator.  
Et nemora euerit multos ignaua per annos  
Antiquaq; domos apūū cū stirpibus unis.  
Eruit, ille alij nūdis petiere relictis  
At rudis enstuit impulso vomere campus:  
Nam ieiuna quidem cliuoli glareā runis  
Vix humiles apibus talias roremq; ministrat.  
Et tophus scaber & nigris exela chilydris  
Creta, negant alios eque serpentibus agros  
Dulcem ferre cibum & curuas prebere latebras  
Que tenuē exhalat nebulam fummo scq; volucres  
Et bibit humore, & cū vult ex se ipsa remittit  
Queq; suo viridi semper se gramine vestit  
Nec scabie & tassa ledit rubigine ferrum,  
Illa tibi lens intexet vitibus vlnos  
Illa terax oleę est, illa experiere colendo  
Et facilem pecori & patientem uomēris unci  
Talem diues arat capua, & uicina uesteuo  
Ora iugo, & uacuis clānius nō equus aceris

¶ Nunc docet quę terra sit frumētis apta, & deinde quę rebus omnibus. ¶ Constructio (Terra fere nigra & pinguis sub vomere presso) id est impresso (& cui) terre est (putre solu), i. mollicies

GEORGICORVM FOLIO XXXI

(nāq; imitatur hoc) sc; putre solū (arādo). i. dū aram? Talis terra ē (optima frumētis Nō cernes plura plaustra decedere domū iuuēcis). i. bob? (tardis). i. fessis (ex vllō equo ore). i. cāpo Aut. illa terra ē optima frumētis (vñ iratus arator de uexit siluā. & euerit nemora ignaua). i. infœcūda p̄ multos annos Et arator (erudit). i. euerit antiq̄s domos (auiū). i. arbores (cū imis stirpib?). i. radicib? (Ille) sc; aues (petiere altum). i. euolauerūt (nidis relictis At cāpus rudis). i. nouus (enituit). i. nitid? factus ē vomere impulso (Nā ieiuna glareā). i. sicca & sterilis terra (cliuosi ruris). i. mōticulosi (vix ministrat apib? humiles cassias) illas breues herbas (& rorem Et scaber cophus) ille lapis asper (& creta exesa nigris chelydris). i. serpētib? Subaudi vix ministrat apibus cassias & c. Scriptores (negant alios agros ferre cibū equē dulcē serpentib?. & p̄bere). i. serpētibus (curuas latebras). i. antra (Que) sc; terra (exhalat). i. emittit. tenuē nebulā & fumos volucres). i. volātes. & (q̄ bibit humorē). i. rigat. & (cū vult ip̄a remittit ex se) sc; humorem (Et q̄ terra vestit se sp̄ suo gramine viridi. nec ledit ferrū). i. vomerē (scabie & salsa rubigine Illa) sc; terra (intextet tibi vltimos letis vitib?). i. p̄ducet vites. & (illa terra ē ferax oleę). i. etiā bene pfert oleas (tu experiere colēdo). i. dū coles illā eē (facilem pecori). i. vitilē pascēdis pecorib? (& experiere illā eē patiemtem (vnci vomeris). i. aptā sationi (Diues capua) illa vrbs (arat talē) sc; terrā. & (ora). i. regio (vicina veseuo iugo) illi monti. & (clanius) ille fluui? (nō equus). i. nociu? (vacuis acerris) illi ciui? *Glarea* *Cassia. Toph?* *Scaber* *Chelydrus.* *Veseuus.* *Acerre* *Clanius* *scabans*

Nūc quo quāq; modo possis cognoscere dicā  
Rara sit an supra morem sit densa requiras  
Altera frumētis quoniā fauet altera baccho  
Densa magis cereri. rarissima quēq; lyco  
Ante locū capies oculis. altēq; iubebis.  
In solido puteum demitti. omnēq; reponas  
Rursus humū. & pedib? sumas equabis harenas.  
Si deerit rarū. pecoricq; & vitibus almīs

LIBER 2.9.1. SECUNDVS

Aptius uber erit. <sup>si</sup> in sua posse negabunt.  
Ire loca. & scrobibus <sup>supra</sup> supabit terra repletis  
Spissus ager. <sup>supra</sup> glebas cunctates <sup>supra</sup> crassaq; terga  
Expecta & ualidis <sup>supra</sup> terram proscide iuuenis

¶ De experimēto terrarū. & primo qualiter scietur utraque terra densa sit an rara. ¶ Cōstructio (Dicā nunc quomō possis cognoscere quāq; scz terrā (Requiras). i. picipias (an terra sit rara an sit densa) id ē spissa (supra morem). i. nīmīū aut valde (qm̄ altera) scz densa terra (fauet frumentis. altera) scz rara. fauet (baccho Densa) scz terra (magis fauet cereri). i. frugib⁹ (queq; rarissima) scz terra (fauet lyeo) i. vino (Capies). i. eliges (ante). i. prius (locū) scz in campo (oculis. & iubebis puteum demitti). i. infodi (alte). i. pfunde (in solido). i. loco plano. & (repones rursus) scz in puteū (omnē humū). i. terrā effollam (& equabis pedibus summas harenas. Si terra deerit). i. nō poterit implere puteū (vber). i. solū (erit rarū). i. nō densum. & (erit aptius pecori & vitibus almīs Sin) id ē sed si (terra negabit posse ire in sua loca). i. in puteum (& si terra supabit). i. supflua erit (scrobib⁹ repletis). i. postq; scrobes repleti sunt (tūc ager ē spissus Expecta glebas cūctantes). i. graues & (crassa terga) scz terre. ¶ Lyeus vocat̄ bacchus a grēco verbo lyo quod est soluo. quia homines dissolutos facit.

Lyeus  
Densus  
Densare  
Rarus  
Solidus  
Solidare,

¶ Densus & rarus sunt contrarie sc̄arōnis. vt hic apparet. Densus id est spissus crassus. Inde densare. i. facere densum. teu. dick. ¶ Rarus. i. nō densus. nicht dick. vt rarus pānus Rarus etiā ē nō creber vel nō multus Iuuenalis Rarus venit in cenacula miles. Idem Rara auis in terris &c. ¶ Solidus. i. integer vel firmus Solidare facere solidū. teu. zolderen. Item solidus est nō cauus.

vt cornua ceruina sunt solida &c. ¶ <sup>omni</sup> Salsa aut tellus & que perhibetur amara  
<sup>in</sup> Frugibus infelix ea nec mansuescit arando  
<sup>in</sup> Nec bacho genus aut pomis sua noia seruat  
<sup>in</sup> Tale dabit specimen. tu spisso uimine qualos  
<sup>in</sup> Cola q; preloru fumolis deripe tectis  
<sup>in</sup> Huc ager ille malus dulcesq; a fontibus unde  
<sup>in</sup> Ad plenu calcentur. aqua eluctabitur omnis  
<sup>in</sup> Scilicet & grandes ibunt p uimina guttae  
<sup>in</sup> At sapor indicu faciet manifestus. & ora

GEORGICORVM FO. XXXII

Tristia tentantū sensu torquebit amaror  
 Pinguis item q̄ sit tellus hoc deniq; pacto  
 Discimus. haud unq; manibus iactata fathiscit  
 Sed picis in morem ad digitos lentescit habedo  
 Humida maiores herbas alit. ipsaq; iusto  
 Lætior. ah nimiu ne sit mihi fertilis illa  
 Neu se preualidā primis ostendat aristis  
 Que grauis est ipso tacitam se pōdere prodit  
 Queq; leuis. promptū est oculis prediscere nigra  
 Et quisquis color. at sceleratū exquirere frigus  
 Difficile est. picee tantū taxiq; nocentes  
 Interdū aut hederē pandūt uestigia nigre  
 ¶ Hic docet agnoscere alias qualitates terrarū. s. vtrū dulcis an  
 salsa sit. vtrū pinguis. humida grauis &c. ¶ Cōstrue (Salsa tell<sup>9</sup>  
 & q̄ phibeā amara dabit tale specimē) .i. cognitionē (Ea) .s. salsa  
 terra (ē infelix frugibus nec māsuēscit) .i. melior sit (arando) .i.  
 dum arā (Nec seruat gen<sup>9</sup> baccho. aut pomis sua noīa) .i. cū vi  
 na & poma denominentur a locis tamen a talī terra nulla vi  
 na aut poma noiari pnt Et hoc ē interpositū p̄ parenthesis (Tu  
 deripe fumosis tectis qualos) .i. corbes (spisso vimine) .s. factos  
 & deripe (cola plorū) .i. torculariū (Ille malus ager) .i. terra aliq̄  
 illius agri mali (& dulces vndēa fontibus calcenī hic) .i. in col  
 & q̄lis (ad plenū) .i. p̄fecte vehemēter (Scz) .i. certe (oīs aqua elu  
 ctabit) .i. cū lucta egrediī (& grādes guttē ibūt p̄ vimina Et sa  
 por) scz illi<sup>9</sup> aque (faciet manifesti<sup>9</sup> indiciū) scz terre (& amaror)  
 id ē amaritudo (torq̄bit sensu tristia ora tentātū) .i. gustatiū (Itē)  
 id ē sili<sup>9</sup> (discim<sup>9</sup> hoc pacto) .i. mō (q̄ tell<sup>9</sup> sit pinguis. Ipsa tracta  
 ta manib<sup>9</sup> haud fathiscit) .i. frangit (s; lentescit) .i. heret (ad digi  
 tos habedo) .i. dū habeī (in morē picis Humida) scz tell<sup>9</sup> (alit ma  
 iores herbas. & ipa tell<sup>9</sup>. lætior) .i. fertilior (iusto) .i. q̄ iustū ē q̄ ex  
 pedīt (Ah ne illa tell<sup>9</sup> sit mihi nimiu fertilis. neu) .i. neue (osten  
 dat se p̄ualidā) .i. valde potentē (primis aristis) .i. herbis nascēti  
 bus (Que tellus ē grauis p̄dit se pondere. Promptū est) .i. facile  
 est (p̄discere oculis nigram) scz terram (& quisquis) .i. q̄cunq; co  
 lor est. subaudi promptū est p̄discere (Ac) .i. s; (exgrere) .i. p̄cipō  
 re (sceleratū) .i. malum (frigus) scz terre. est difficile (tantū picee)  
 ille arbores. & (nocentes taxi aut nigre hederē pandunt interdū  
 uestigia) scz frigoris.

Specimen. ¶ Specimen, i. inspectio vel cognitio. vt. xij. eni. Solis aui spe-  
 Qualus cimen. Et sic a verbo specio qd nō ē in vsu. ¶ Qual<sup>o</sup> ē sporta vi-  
 Quaxillus minea. In diminutū quaxillus. sicut a tal<sup>o</sup> taxill<sup>o</sup>. legit etiā qua-  
 Colū Colare. fillū. ¶ Colū ē instrumentū p qd purgat liquor. In colare. i. p  
 Prelum. fundendo purgare. ¶ Prelū ē torcular. eyn perisse Tit<sup>o</sup> calphur  
 Amaror. nius. Quāuis & madidis incubant prela racemis. ¶ Amaror. i.  
